



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Indigena vel nobilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A in qua septem soni sunt, & septem discrimina vocum: virga recurva annum qui in se recurri, & ideo nū, id est, totum appellatus. Sic autem symbolum hoc interpretatur Eusebius, Phurnutus & Servius.

INDIGENA VEL NOBILIS. CAP. III.

EJusdem Panos simulacro indigenam significari, testatur Virgilius his carminibus:
*Hac nemora indigena Fauni Nymphaeque tenebant,
Gensque virum truncis & durorobore nata.*

Nam Deorum filios aiebant esse Faunos, è terra & divino semine genitos, Faunorum vero liberos heroes, & demum ab heroibus homines natos; unde recte per Fauni simulacrum etiam generis nobilitas significabitur: est enim in magna parte nobilitatis, non advenam, sed indigenam esse. Quamobrem legimus apud Platonem Atheniensium nobilitatem ideo ceterarum civitatum nobilitati praestitisse, quod illi ex ipsa terra geniti essent, nec alio commigrassent.

SERMO CAP. IV.

PER eundem Pana & sermonem significari, tradit Plato. Aegyptiorum arcanorum interpres in Cratilo, quod non secus ac Pan vagari ac circumire fingitur: sic sermo omnia complectatur, & per omnia vagetur, versetur; cuncta & geminus sit, verus ac falsus. Quod autem verum est ex ipso, id quia leve ac divinum est, & superne apud Deum habitat, pectore & capite significari: quod vero falsum, quia inferne inter vulgus hominum manet, inferiore parte quae hispida est & hircina, ob asperitatem turpitudinemque ostendit: & ideo à Græcis nū, appellatum dicit, id est, totum, quia sermo totum comprehendit & versat.

MUNDI HIEROGLYPHICUM. CAP. V.

Mundum alio etiam modo Aegyptii hominis effigie pingebant, complicatis pedibus eum facientes, vestem variam ad ususque indutum, & aurei globum capite sustententem. Pedibus quidem complicatis, propter terrae firmitatem, varia & oblonga veste indutum, propter elementorum ac rerum quae ex illis gignuntur, & quibus terra vestitur varietatem & copiam: aureum vero globum capiti ejus imposuerunt, qui caelum significaret sphaericum, & circulearem ejus motum.

SOLIS SIMULACRUM. CAP. VI.

Solem pingebant juvenili & rotunda facie, eumque in navi collocebant, quam crocodilus ferebat: per navigium motum ejus in humido significantes, hoc est, in aethere vel intelligentiis; nam & aether multi humidum esse putarunt, & in sicco tam diuturnum motum fieri non posse, & caelos aqueos dixerunt: unde in sacris literis tam saepe caelestium aquarum mentio fit, & Angeli ipsi Aquarum nomine à Davide comprehenduntur. Per Crocodilum vero aquam pluviam, cujus causa Soli tribuitur.



Sed diversos esse Panos & Faunos plerique opinantur. Eusebius lib. 8. Qui & auctoritas est. Idem Virg. de Latinis. Boet. l. 12. Pan, quomodo verus & falsus. Nimirum imo & in timo pectore ac corda. Vbi inveniunt sensus omnes. Qui & parvus mundus dicitur.

Idem, ab Ovi. 1. Meum signum dicitur. A Pier. lib. 38. in doctrina caelesti. Psal. 148. v. 4. alii tamen caelum aëreum aëreum & quomodo & crystallinae empress proximo inferiorem.

Zzzz 2

OSI-pamns.